

Virgin 1927

CONTEMPLATIO PHYSICA

Dicitus

# N A T U R A.

Quam

Deo ducente & docente,,

Consensu Amplissimae Facultatis Philosophicæ, In  
illustri Academia Christinæ,,

SUB PRÆSIDIO

Eximij & Clarissimi Viri,

**DN. M. GEORGII ALANI.**

Phys. & Botan. Professoris Ordinarij, Præceptoris &  
Promotoris sui debitâ observantiâ perpetim colendi,

Liberalis exercitij ergo, exentiendam & ventilandam,  
Publicè exhibet,

**JOHANNES M. GARSIUS Arbog.**  
S. R. M. Stipend.

In Auditorio Majori ad diem 3. Maj A. 1645. horis consuetis.

Cic. L. 5. Quæst. Tuscul.

Natura semper invicta, sed mortales umbris, deliciis, otio, languore, de-  
sidiâ animum inficiunt; opanionibus maloq; more delirantum.  
mollirent.

A B O E,

---

Excudebat Petrus Wald/ Acad. Typogr. 1645.

Reverendissimo & Excellentissimo Viro,

DN. JOHANNI RUDBECKIO,  
S.S. Theol. Doctori & Dioeces: Aros: Episcopo eximio,  
Mecenati ac summo Patrono reverenter colendo.

HELSINKIN  
YLIOPISKON  
KIRJASTO

Ut Et.

Reverendo & Praclarissimo Viro,

DN. M. GABRIELI HOLSTENIO,  
Civitatis Aros. Past. & Præp. vigilantiss: ac consistorij adse-  
fori primario, Evergetæ & fautori benignissimo.

Nec Non.

Reverendis atq; Clarissimis &c.  
Viris,

Ac etiam Spectatiss. Consultiss. &  
prudentiss. Viris, inclytæ reip. Arbo-  
giens. Consulib: & Civib: primarijs.

Dn. M. Georgio Vintrosio, Ar-  
bogiensium Ecclesie Pastori eru-  
ditissimo.

Dn. Erico Gudmundi.

Dn. Henrico Chrnfti in Bär-  
le Pastori eximio.

Dn. Jonaæ Jonæ.

Dn. Johanni Petri Arbog. in  
Gym: Aros: Gra: L: Lect: dili-  
gentissimo.

Dn. Johanni Gudbert.

Dn. Gustavo Nicolai L. Past.  
in Himmella Vigilantiss.

Dn. Laurento Höver.

Dn. Petro Jonaæ, in Sch. Arbog.  
Rectori Fideliss.

M. Johanni Mönster.

Dn. Erico Engelb. Cop. in Eccl.  
Arbog. Communitro.

Dn. Henrico Laurentij.

Dn. Johanni Jonæ.

Dn. Nicolao Beronis.

Dn. Petro Andreæ.

Dn. Laurentio Jordani.

Dn. Olao Andreæ

In Christo Patribus, Mecenatibus, Patronis, Promotoribus, Praeceptoribus,  
hospitibus, benefactoribus & amicis meis, semper, ubiq; ac omni  
obervantia cultu maximè prosequendis; hafce studiosum meo-  
rum primitas, in debitæ pietatis, gratitudinis & obervantia delira-  
tionem, reverenter & officiose offero & submissè dico.

Joh. Garsius A. &, Resp.

VIRIS

Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimis, omniq;  
virtutum genere eminentissimis.

DN. O L A O B U R E  
de Boo & Fugelbro/ Med. D. Experientissimo, quon-  
dam Regij Parlamenti Aboensis Vice-Præsidi Celeberri-  
mo, Fautori ac Promotori suo optatissimo.

DN. JOHANNI M B N G R /  
de Fulckila/ Råghöö & Nuhiala/ Dicasterij supremi  
in Finl. Assessori Prudentissimo; Studiorum suorum Pa-  
terno, Promotori ac Nutritio ut summo & benignissimo,  
ita summā animi devotione suspicioendo.

DN. S V E N O N I S W A R E H /  
de Sunby & Fogelbro/ Copiæ pedestris quæ ex teu-  
tonico solo armatur, in domum austriacam, capitaneo ma-  
xime strenuo, mecænati item indubitato.

Hanc disputationem Physicam debita gratitudinis  
& observantiae ergo, consecrare & offerre vo-  
luit & debuit.

Joh. G. Author & Resp.

THE S: L

PLeraq; sunt vocabula, quibus vulgo utimur, non tñ.  
liquido animadvertis, quid ea ex proprietate  
vera significant, Macrobius lib. 6. Saturnal. c. 8.  
Quia enim plures res quam verba, hinc fit, ut com-  
moda sæpè imponi non possint, sed necesse est, ut  
unum plures adsciscat significationes, quo res o-  
mnes depingi queant & adumbrari. Inter illa  
meritò numeramus in sermonibus celebre atq; ob-  
vium NATURÆ vocabulum, quo omnes fa-  
cile utuntur, sed quid propriè denotet, plurimi æ-  
què cum vulgo ignorant. Quia v. in disputatio-  
nibus sine ambiguæ vocis distinctione ad rei con-  
siderationem venire velle, est tempus perdere vel-  
le, dicente Galeno Medicorum phosphoro: Ideo  
probe Homonymia vocabuli NATURÆ excu-  
tienda, ne nobis imponat, & in primo limine stan-  
tibus, statim pilum iniiciat.

II. Natura itaq; vox. 1. Mensem divinam, re-  
rum omnium parentem denotat. sic Sen. l. 4. de benef.  
asserit naturam nihil aliud esse quam Deum. Hæc a-  
lias Natura Naturans dici consuevit. 2. Sumitur pro  
tota rerum universitate à Dœ pendente, Natura  
naturata dicta. 3. Pro substantia, quidditate & essen-

tiacujusque rei. 4. Pro ipso mundo. 5. Pro nativo ca-  
lore ac cuiusvis animalis temperamento, Tandem 6.  
Pro principio rerum naturalium Interno, cuius benefi-  
cio sunt & operantur.

III. Nos de postremâ acceptione tantum hâc  
vice, placidam & amicam pugnam cum Philo-  
sophiæ alumnis pugnaturi, in certamen literarum  
descendemus, non tanquam arenarij, vel pretio  
adducti, vel supplicio coacti, sed ingenij acuendi,  
veritatisque inquirendæ gratia, quæ animi pabu-  
lum. Scal: Exc. 148. f. 4. Scimus enim intellectum  
hominis quiete non gaudere.

IV. Quid sit querere, antequam An sit, nihil  
querere est. Arist: l. 2. post. an. c. 7. t. 39 Prius itaque  
An sit ostendendum est. Hoc autem velle demonstra-  
re, An sit natura ridiculū, imo inutilis esse opera censem  
Arist. lib. 2. Phys: c. 1. t. 6. Et nos cum illo. Quia per  
se manifesta, perque experientia nota, velle probari sibi,  
mera est stultitia. Si dubitas n. An sit natura, certè  
dubitas utrum ne ipse sis an non sis.

V. Præsupposit. itaque quæstione An sit, Quid sit  
inquirendum porro venit: Definitio enim anchora-  
rum omnium firmissima, Afferente Scal. Et  
quamvis Aristotelis definitionem excusabilem  
sanoque sensu tolerabilem censemus, sequentem ta-  
men ceu paulo clariorem enucleatim evisceremus.

Natura est causa interna, quâ quodvis corpus naturale suam habet essentiam, affectiones, actiones, & passiones.

VII. Hæc definitiva oratio resolvitur in subiectum & prædicatum. Subiectum definitum constituit, quod dicitur Natura, à nascendo deducta, quia Natura res naturales gignit, ei:q; producendo essentias & facultates proprias communicat.

VIII. Prædicatum definitivæ nostræ orationis absolvitur genere & differentia. Genus est causa interna, Natura enim à materia & forma non differt re, sed ratione, que seorsim extra compositum sejunctæ hic non spectantur, sed proportione geometrica, cuilibet corpori naturali conjunctim essentiam dant.

VIII. Differentia jam inquirenda est, cuius vicem in definitione hac subit naturæ causalitas triplex.  
1. A natura corpus naturale habet essentiam, A Deo enim ita instructa est, ut cuilibet substantiae corporeæ, nempè cælo, stellis, elementis, lapidibus, herbis, arboribus, Leoni, Aquilæ, homini, suppeditet essentiam, causaq; sit cur in eodem statu permaneant.

IX. 2. Naturæ item est, cuilibet corpori affectiones superaddere, puta, Quantitatem, Qualitatem, motum aut quietem, affectionesq; similes, cum nulla de surres naturalis hinc destituta.

**X.** Denique Natura, cui libet rei naturati in gene-  
re vel specie, suos effectus tribuit, & expeditè commu-  
nicat, ita ut nihil otiosum esse patiatur. Cætera v.  
naturæ accidentia & innumeros effectus medita-  
tioni cuiuslibet permitto & experientiæ.

**XI.** Hic vetustimam illam disceptationem mo-  
vere lubet; Num ars sit præstantior naturæ? Cujus  
sententia negativam partem tuemur, partim ob nobis-  
titatem essentiæ, partim ob præstantiam operum, in quib-  
us ars (sola & seorsim considerata) à natura supera-  
tur. Natura enim ex sua propriâ vi & substantias &  
accidentia producere potest, Nunquam v. accidens u-  
trumque præstabit per se, licet in virtute substantia qua-  
dantenus facere id ipsum queat. Ut erudite probas  
*Tol: l.2. de anima q. 1.*

**XII.** Ex abundanti addimus; quod à na-  
tura resultat Naturale dici, idque quadrupliciter. 1.  
Quod cum eo, quod naturam in se habet, primordium  
& ortum habet, ut igni evolare sursum. 2. Quod  
quidem non congenitum, sponte tamen successu tem-  
poris, in capacibus & naturâ destinatis subjectis pro-  
venit, ut viro barba. 3. Quorum potentia tantum  
ineft, habitus & aelius eorum studio consequitur, ut vir-  
sus Ethica. 4. Quod natura magis intendit, ut sani-  
tas. Quâ de re Acutissimus Philosophus Jacobus  
Martini disp. 2. in Svaretz, th. 27. accurate differit.

Et

*Et hæc de natura dicta sufficient pro ratione instituti,  
cætera quod attinet, ipsi conflictui relinquimus. Et in-  
terim ponimus.*

## *A X I O M A T A.*

### I.

- N**aturæ vires non languescunt, nec sponte suâ ad inter-  
ritum properant.  
2. Ars opera naturæ moliri non potest.  
3. Deus contra naturam nihil facit.  
4. Opus naturæ est opus intelligentiæ non errantis.  
5. Natura non abundat in superfluis, nec deficit in  
necessariis.  
6. Natura non facit saltum.

## *C O R O L L A R I A.*

### I.

- A**n natura in materiam & formam, ut duas spe-  
cies dispescatur? N. contra Velcurionem.  
II. An necesse sit ad perfectam rei notitiam o-  
mnes causas ejus cognoscere? D.  
III. An omnes Magiæ effectus sint tantum pu-  
tatiij? N.  
4. An Astrologia sit pars Physicæ? N. cōtra Tim.  
5. Num ante diluvium vinum fuerit in usu? A:  
6. Utrum nobilitas sit purum putum hominum  
inventum, an v. in natura fundamentum suum  
habeat, ita ut qui ex parentibus & majoribus  
præstantib' sint nati, indolem quoq; obtineant  
præstantiorem? N. prius, post: Aff:

VII. An sola virtus nobilitet, ut qui ab ea sit sa-  
tis instructus, statim se nobilem profiteri pos-  
sit? N.

VIII. An quicquid ad beatitudinem civilem  
facit, id omne virtute paretur? Aff.

IX. Ignis languescit, sæpè etiam extinguitur ad  
solem, in umbrâ v. conservatur. Ratio est,  
quia calor solis similis est calori ignis, simile  
autem elicit simile & eliciendo debilitat.

DEo Omnipotenti

Sit Laus & Gloria in Sempiterna Secula.

---

Ornatissimo & Doctissimo  
Domino. I O H A N N I ARBOGIENSI,  
de Constitutione NATURÆ doctè differenti,  
amico & discipulo suo dilecto.

A Rtu præclaræ est secretas noscere vires  
Naturæ, gremio quis tenet ipsa suo.  
Nec quisquam poterit melius scrutarier illas  
Quam seruimetur principium undè flunt.  
Hoc quoniam IANNES, multo conamine præstas  
Tu merito Phœbi gratus amicus eris.  
Pergito sic felix tantis insistere captis,  
Quæ quondam tribuerit premia largatibi,

Amoris & honoris ergo subiunxit

N I C O L . L A U R . N T C O P .

Log. & Poës. P. P. & Facult.

Phil. p. t. Decanue

